



Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den

Antverpiæ, M. DC. XLV.

Resp. XII. De congregationibus regularium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](#)

² Videlicet
fili reli-
cia admi-
nillent,
cum anti-
quo & ho-
dierio iure
convenit.

Substantiam voti paupertatis ea formula non oppugnat: neque quod monialis administraret quosdam redditus vitalios, seu peculium, ex quo vivat. dummodo non animo habendae proprietatis; sed administrationis dumtaxat, à Superioribus permisæ, id fiat. quod ne quidem hodie aduersari Concilio Trid. tenet Nauarrus, & alij omnino multi, quos citat Barbo in Collect. DD. ad Conc. Trid. s. 25. de regular. c. 2. n. 2. & seqq. & n. 14. Et quamvis regulariter dicamus id à mente Concilij recedere; tamen casus tantæ necessitatis meritò dicetur non pari communem legem; sed causam reducere ad naturalem aquitatem. Quinimodo mens Concilij d. loc. c. 2. sub fin. in verb. nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur, fatis videtur facere, vt huiusmodi conditionalem dispositionem legitimam dicamus. cum illa conditione eueniente, iam ibi disciplina regularis, & dispensatio cenobistica seruarinequiret, eðq; necessarium fore singulis dispersis administrationē concedere. quemadmodum olim etiam, qui votum religionis emiserant, permisisti etiam fuerunt in parentum, ac alijs ædibus sibi vivere, & peculium habere, sine offensa voti paupertatis. c. de viduis & pueris. & ibi gloss. in v. proprys. c. mulieres. & ibi gloss. in v. dominibus. 27. q. 1. c. insinuant. X. qui cleric, vel videntes.

Sed neque contrariatur dispositioni istiusmodi conditionali fideicommissaria hic substitutio. quippe quæ sicut per ingressum religionis de iure cessat: Nouell. 123. 6. sed & hoc praesenti. sic neque edita patria, qua immobilium tantum acquisitiones per manus mortuas, non huiusmodi casum respiciunt, aduersantur. & quamvis videatur aliquibus dicta Nouella à praxi nostra non esse recepta; tamen alimenta ad vitam, redditus, aut fructus non possunt videri in eandem causam cadere.

RESPONSVM XII.

De congregationibus regulariis.

Congregationes regularium in singulis regnis, prouinciis institui, ac singulis triennijs compan foliis
exemptis
compe-
tanci Capitula generalia celebrari, pridem decretum est. c. in singulis cum
seqq. X. de stat. monach. resumpit
illud Concilium Trid. de regular. s.
25. c. 8. sed interest; quod d. c. in
singulis, cum raræ adhuc effent
exemptions, maximè loquatur in
non exemptis: atque capropter eius-
modi congregations institui ius-
fit salvo iure diœcesanorum pontificum.
tametsi non excludat exemptos. &
in c. ea que. seqq. diserta fit distincio
inter exemptos, & non exemptos.
ita vt secundum duas illas decre-
tales vtrosque indistincte in ean-
dem congregationem conuenire
oportet: ad quod, inquit d. c. in
singulis, uniuersi conueniant. Con-
cilium autem Trid. dumtaxat co-
git congregations instituere illa
monasteria, quæ non habent Ca-
pitula, & visitatores generales; sed
immediate subsunt Sedi Aposto-
lica: neque tamen excludit non
exemptos: quin potius includit,
dum has congregations mandat
fieri iuxta formam d. c. in singulis:
quæ potius innovatio est; adeoque
non exemptorum etiam inclusio. &
sane differentia ratio non est
exigua vt hi cogantur, non illi;
cum tales exempti neminem; non
exempti Episcopum habeant in-
spectorem. eoque d. c. 8. non ob-
seruantes illud decretum, pro omni
poena subiicit Ordinarijs; prout
c. 9. ibid. monasteria talia monia-
lum simpliciter subiicit. Igitur
possunt congregations exempto-
rum & non exemptorum fieri prio-
ri iure; quod Concilium non mutat. neque porro eo fine Pontifices
exemptions concedunt, vt dissol-

O 3 uatur

atur minuturue disciplina , & per ilas ab alijs secernantur in his que communia sunt religioni. Sic Benedictus Papa an. 1337. Capitula huiusmodi esse voluit pro exemptis simul ac non exemptis. & Pius II. an. 1458. Bursfeldensem Congregationem olim reformatissimam , & quæ virosque complectebatur , laudauit , atque confirmauit.

^{2.} Instituta tamen hic est congregatio talium exemptorum dumtaxat ; que seu ex non recto d. c. 8. congregatiointellectu (vt & alibi accidit Ch. in eis ofi pin. de sac. polit. l. 2. t. 7. n. 13. Monst. l. 2. s. 2. n. 7.) seu alias , quosdam non exemptos in illam venire postulantes reiecit : quandam autem Pralatum de exemptione cum Ordinario litigantem admisit : adiecta tamen conditione , si exemptum se diceret. Is annis nunc vinti in ea fuit possessione , vt ad omnia Capitula fuerit receptus ; & cum saepius eadem quæstio recobqueretur , tandem à Capitulo generali impositum est silentium promotori congregationis : denique ipse in præsidem , ac visitatorem est electus , non obstante quoniam protestatione contraria (que ius non tribuit , et si conseruet , c. fin. X. de appell.) & appellatione (que aduersus constitutiones regulares non iunat. d. c. in singulis. c. quia nos. X. de appell. vbi gl. & DD.) Opponitur autem incapacitas ex defectu exemptionis : at vero nulla est incapacitas inducta à iure ; vel Concilio Tridentino , non à iure , quia d. duæ decretales non admittunt tantum ; sed pro vnu illorum temporum loquuntur potissimum de non exemptis : non à Concilio Tridentino , quia d. c. 8. nullatenus d. decretalibus derogat ; sed potius innouat , vt mox dictum est , & causa differentiae redditum : neque porro iuris derogatio intelligitur fieri , nisi difertur exprimatur. l. sanctus. C. de testam.

Quod vero spectat ad intentio-

nem , & forte expressam condicione institutæ d. congregacionis ut in eam non nisi exempti recipiantur ; isti iam derogatum est contrario Congregations decreto ; quo defuper impositum promotori Congreg. silentium potest autem a priori decreto dedicari , si ad publicam visitationem specat rescissio. l. 5. d. de crete. ab ordine faciendo . quin & ipsa electione in præsidem , & missione in visitationem videtur recessum à conditionibus antea apertos , vt decus est in matrimonio cathedrali per illius consummationem recessum intelligi à conditionibus contraria apertos . deniq; qui aliquem non ignorari conditiones eius , affinitatem in iudicem , intelligitur super requisita alioquin qualitate dispensare : seu à iure suo recedere. l. 57. d. de re iud.

Vt sane nihil ei deinceps ex eo capite objici possit . quinimo motu quamvis quæstione super capacitate , remanere debet in possestione quasi membra d. Congregationis : & nunc in præsidem , visitatoremque assumptum , officium exerci , ac recipi debet . quamvis postea proprietas iuris evincatur , & membrum iure declararet esse non potuisse. arg. c. 19. l. deus. patronat.

Neque vero visitatis patriciatur protestatio contraria , seu appellatio , vt diximus , quin & eam pro fruore in causa visitationis habendum expresse decrevit Concilium Tridentino . s. 13. c. 1. in fin. cognit. & in causa Congregationis habendæ , cum ea præordinetur ad visitationes , morum reformatio , & correctionem excessuum . Concilium Tridentino . s. 24. c. 2. in prim. in quibus appellatio cessat. d. c. 1. c. 10. s. 24. quod cap. 1. et si vt & c. 10. s. 24. tam videatur loqui in Episcopis , eorumque vicariis , vt in inferioribus non obtineat: citatu. Barb. in Collect. DD. ad Concilium Tridentino . ad d. l. 1. n. 8. tamen generalius loquitur s.

22. c. 1. vt merito obtinere debeat in habentibus iurisdictione quasi Episcopalem. qualis tribuitur alijs Capitulis. Præsidibus, & visitatoribus generalibus Ordinum: cùm & hæc ipsa à d. c. 8. Congregacionibus tribuatur. de quorum Capitulorum generalium aliorumque auctoritate vide late Mirand. Man. Prel. t. 2. q. 6. 7. art. 1. & multis seqq. præter ius commune in d. c. 10. c. reprobensb. X. de app. c. ad nostram cod. c. irrefragabili x. de off. Ord. diximus in Cons. can. de accus. conf. .

Sed & in d. c. singulis & seqq. non plena attribuitur præsidibus, & visitatoribus electis, auctoritas, vt in Concilio Tridentino d.c. 8. 4. ipisis autem congregationibus constitutis illarum generalia capitula, & ab illis electi presides, vel visitatores eandem habent auctoritatem in sue congregationi monasteria, ac regulares in eis commorantes, quam aly presides, ac visitatores in ceteris habent ordinibus &c.

7. iure ergo magistratus sui habent iurisdictionem à Concilio attributam: coquè in numero Ordinariorum Iudicium sunt censendi. vt non videantur habere perplexam, intricatamque iurisdictionem; minusque facile recusari possint, vt commissarij, seu extra ordinem delegati: dummodo à Capitulo generali sint ritè electi.

Enimvero non tantum ad crimina & excessus corrigendos, sed maximè illæ Congregationes instituntur, vt in illis diligens, inquit d.c. in singulis, habeatur tractatus de reformatione Ordinis, & obseruaria regulari, & quod statutum fuerit, inuolubiliter obseruetur: omni excusatione, contradictione, & appellatione removit: & d. c. 8. teneantur, inquit, sue Congregationis monasteria frequenter visitare, & illorum reformationi in cumber, & ea obseruare, que in sacris canonibus, & in hoc sacro Concilio sunt decreta. adeoque s. 22. c. 1. aliisque supra, ac infractatis.

Quare ad præsidem, visitatoremque spectat inspicere habi-

tum, cucullam, tonsuram regu-

cucullæ,

larium, et si enim, vt inquit Con-

cilium Trid. s. 14. c. 6. habitus non

facit monachum; oportet tamen cleri-

cos vestes proprio congruentes Ordini

semper deferre; vt per decentiam habi-

tus extrinseci monum honestatem in-

trinsecam ostendant. & s. 23. c. 6. ha-

bitus & tonsuræ conuenientis deli-

ctionem exigit: vt & omnem ho-

nestatem s. 22. c. 1. & denique om-

nem monasticae vitæ disciplinam

restitu cupit: de regular. c. 21. sed

imprimis c. 1. ibid. religiosos, ad

primum institutum, & ad re-

gule, quam professi sunt, præ-

scriptum vitam instituere; & su-

periores in Capitulis, & visitatio-

nibus curare, vt ab eo non recu-

datur.

Ideoque rectè inquisitum est à

Præside, Visitatoreue in cucullæ,

habitibus, & tonsuræ formam: & in

titulo reformationis, mutationem:

& an grata nouitas dumtaxat, &

nomen reformationis; an magis

res ipsa sit: aurumne an aurichal-

cum; an assumpta forma ad pri-

meum Regulæ institutum, præ-

scriptumue pertineat? an salua

fratrum charitate, an sine scanda-

lo (nam & hoc in reformatione

abesse cupit d. c. in singulis, & il-

la semper primas partes habet) mu-

tatio fiat. nam & morborum lenio-

rum curam suspendere medicos

interdum oportet; si vrgeant gra-

uiores, aut morbo medicina gra-

uior sit futura. adeoque Visitatori

actionum fvarum rationem dare

debent tam Prælatus, quam regu-

lares. nam ad virosque Præidis

Visitatoriisque cura extenditur. d.

c. in singulis, cum seq. d. c. 8. in v. in

sue congregationis monasteria, ac re-

gulares in eis commorantes.

Prohibere ergo non potest Pre-

latus suis religiosis ne coram Præ-

fide ritè electo compareant; sed &

in ipso contumaces præses potest

animaduertere. d. c. ea. X. de stat. mon.

vers. ipsi autem Visitatores monachos,

quos contumaces inuenient, & rebelles,

O 4 inxxii

Compete
eivt alij
iunctio
quali Epis-
copalis.

Tributa à
Concilio
Trid.

7. Eoque or-
dinaria, nec
perplexa.

Visitatori
incumbit
cura refor-
matio-
naris,
regularis
obseruan-
tiz &c.

9. Eoque &
habitus,

10. An vera au-
obtexta
reformatio-
nit.

An omit-
tenda ob-
scandalum
aut frater-
na charitas
iactus
ram?

Prælato, an
Visitatori
obediendū
fit.

iuxta modum culpe vice nostra regulae censura, percellant: absque personam delectu: non parcentes rebellibus ob suam pertinaciam; vel potentiam amicorum: quin ouem morbidam ejciant ab ouili. ne inficiat oues sanas, adeoque religiosi iubente præside, vetante prælato, maiori potestati debent obedire. i. quia contra. dist. 8.c. qui resistit. 11.q. 3. nisi forte rationabiliter controuersia fuerit illius iurisdictio. nam cum huins certa sit authoritas, certum obedientiae ex voto debitum, facit ea certitudo ut potius huic, quam illi obedientia exhibetur. qua tamen in controuersia, sepositis iuris apicibus, multum deferendum est possessioni: in qua si pridem fuerit superior potetas, illi præ inferiori obediendum est: donec aliud causâ cognitâ sit statutum.

Quare, si quid emerserit quod non possit concordi deliberatione in ipso Capitulo expediri, iussit d. c. in singulis s. si vero id ad iudicium Sedis Apostolicae sine scandalo referri, quæ interim dum consultur, nihil est innouandum. concordi, inquit: sicut pauld ante dixerat, quod à quatuor præsidibus in inchoatione congregationis concorditer esset statutum, obseruaretur sine villa contradictione. quod ipsum etiam in principijs Congregationum seruari voluit Concil. Trid. d. c. 8. dum formam d. c. in singulis iubet seruari in inchoandis congregationibus. sed & pergit ulterioris Concilium in s. ipsis autem congregationibus constituis. mandatque ut illarum generalia Capitula eandem habeant autoritatem, quam aliorum Ordinum: ideoque non iam concordi deinceps resolutione opus est; nièc unius, paucorumue contradictioni remorari potest deliberationem, & executionem: sed quod maior pars statuerit, vires integras habet. secundum constitutiones aliorum Ordinum. ita ut & quod in illis decifum fuerit, conferi amplius non debeat ad dif-

*13.
Concordi
deliberatione ter-
minatum
ab Ordini-
bus feruan-
dum.*

*14.
Seu quod à
maiori &
saniori
parte de-
cretum.*

ficultatem spectare, ob quam re- cursu Romano opus sit.

Sic tamen ut capitula, predeles, visitatoresque maneat intra lim- tes reformationis, & visitationis respettiuè, nam illos si exceperint, non ei suffragabit priuilegium d. c. in singulis, excusationem, & co- appellationem rejiciens, aliorum- ue similium canonum. Termi- natio reformationis autem & visitationis etiā temporaliū administrationem complectuntur d. c. in singulis tem- in fin. id. c. ea seq. in princ. in v. tom in spiritualibus quam temporalibus. & vers. si autem dilapidator. d. c. 8. de reg. Conc. Trid. c. 8. f. 21. ut magna abusu à Curia Parisiensi, quò abu- fus ergo prouocatum erat, irritata sint decreta quoad monachos prouentus recte administrando, à simili congregatione edita. vt n. fert Chopin. d. c. 7.

Sed & queritur cum viuenter abbatibus, & priores abbatem non con- habentes, vocari debeat; d. c. in singulis. quid si vel Sedes quorum- dam vacent, vel hostilitate venire impeditantur, vel contumacia ab- fint, & qui comparent non confi- ciant duas tertias, an ij Capitulum celebrare, præsidem eligere, vil- latorem committere, certa congregatio- nis munera exerci possint? remittenda est utique quæ- stio ad constitutiones aliorum Or- dinum, præsertim Cisterciensium d. c. in singulis in princ. super autho- ritate concessa Capitulis, Præsidibus, visitatoriis decernentibus. d. s. ipsæ vero congregationibus consti- tutis, de quo videndi D.D. in d.l. 3. D. de decret. ab ord. faciend. & alibi possum. sed & ipsæ constitutiones aliorum Ordinum inspiciendæ, ac cano- nes in Capitulis provincialibus, & generalibus desuper statuentes.

RE